

Meditationum Ad Pandectas Sacras Specimen Septimum, De Usu S. Scripturæ In Jurisprudentia

Rostochi[i]: typis Nicolai Schwiegerovii, [1730]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002315832>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 22.Juli.1730

Mantzel, Ern. Joh. Frid. /h



MEDITATIONUM

AD

PANDECTAS SACRAS

SPECIMEN SEPTIMUM,

DE USU

S. SCRIPTURÆ

IN

JURISPRU-
DENTIA,

QUOD SUB TUTELA ALTISSIMI

ET

FAVORE ORDINIS JURIS CONSULTORUM EXCELLEN-
TISSIMORUM

IN ACADEMIA ROTSOCHIENSI,

IN SERIE SOLENNITATUM

JUBILÆARUM,

PRÆSIDE

DN. ERN. JOH. FRID.

Hankel,

PHIL. & JUR. UTR. DOCT. ATQUE INSTIT. PROF. ORDIN.
STUDIORUM SUORUM PROMOTORE COLENDISSIMO,

H. L. Q. C.

ANNO MDCCXXX. d. XXII. JULII.

DEFENDET


ANTON. HINRICHSEN, *Wismar.*

LL. STUD.

Rostochl, typis Nicolai Schwiegerovii, Ampliff. Senat. Typogr.

VIRIS,

*Magnifico, Consultissimo, Amplissimis, at-
que Prudentissimis*



DOMINO

GAB. MÜLLERO,

*Jure-Consulto longe celeberrimo, Republicæ Rostochiensis
Consuli Primario gravissimo, & reliq.*

**DN. JOH. GEORG.
VELTHUSEN,**

*Inclytæ Civitatis Wismariensis Senatori meritissimo,
PATRONIS, MÆCENATIBUS, AVUN-
CULO ET CURATORI,*

*Per tot beneficiorum nomina, quibus obstrictum me video,
summo cultu, honore summo, reverentiaque summa, colen-
dis, honorandis, venerandis.*

Hæc

Academicorum annorum

primitias

Dico, dedicoque,

Tantum Nominum

Perpetuus Cultor & Cliens

ANTHON. HINRICHSEN,

Wismariensis.

DISSERTATIO SEPTIMA.

Meditatio I.

Psalm. XXXVII, 3.

Patriæ inservire dulce est atque decorum.

Ducit atque trahit natale solum, nescimus, qua dulcedine nos omnes, & utut aliorum lares transferre sit in fatis, adeo ut floreat fors in agris peregrinis, tamen nos illud non sinit esse sui immemores. Hinc votum cujusvis enascitur de studiis atque artibus in patriæ commodum convertendis, id quod nemo hactenus ægre tulit, nisi cui vagari dulce fuit. Hinc optimorum Principum fuit obligatio præferendi cives peregrinis, donec de horum singulari præstantia luculenta satis extent argumenta. Solent Politici vulgares inter alia problemata & hoc referre: *Præferendusne sit civis alienigena?* Et redeunt omnes ad illud temperamentum, quod non potest non approbari, quod nimirum prudens Princeps nec præcise excludere alios, nec proprios simpliciter officiis admoveere debeat. Facile enim, si nimis faveret suis, laudabilem tolleret æmulationem, vel etiam vicinos ad retorquendum invitaret. Non possumus hoc loco non monere, quod sinistra semper nobis visa sit explicatio, quæ vulgo fit dicti: *Ein Prophet gibt nirgends weniger als in seinem Vaterlande*, non enim putamus illud pronunciatum esse de quovis officiali, virtus enim, non vaga opinio, distinguit bonos a melioribus. Valde illustrat hoc thema Programma *Exc. Du. LEYSERI* anno 1729. sub auspicio Professoratus Witteb. evulgatum de *fi* *Ha obligatione erga patriam.*

Meditatio II.

Psalm. LI, 6.

Princeps legibus est solutus.

Vulgata satis est hæc positio, modo teneamus sequentes distinctiones inter *Principes* in sensu Juris Publici *universalis* & Juris Publici *Germanici*, inter *Leges divinas, naturales & hu-*

A

1730

manas, inter pœnam in foro poli & in foro soli, interque obligationem perfectam & imperfectam, inter Leges proprie sic dictas & denique inter Leges fundamentales, quæ pactorum naturam habent. Quod autem hoc loco hujus capituli indaginem faciamus, jubet nonnullorum probatio desumpta ex hoc dicto Davidis: *An dir allein hab ich gesündiget*; Dubitamus autem, an David hoc caput exponendi animum habuerit.

Meditatio III.

Psalm. CXXXII, 6.

Principes sunt Dei in terris Vicarii.

Passim in sacris literis Magistratus dicitur vices Dei gerere & personæ gubernantes appellantur Dii. Et semper hoc fit illo in sensu, quod Magistratus expedire habeat causas justitiæ & boni ordinis, non secus ac si Deus ipse præsens esset. Hinc Deus dicit se præsentem esse in Judiciis vid. II. Paralip XIX. Elegantem etiam præbet ideam Resp Judaica theocratice recta, ita ut perpetuum illa maneat exemplar, cæteris paribus, omnibus imperantibus. Accedit argumentum ab inviolabilitate, quam a divinitate Principum ducimus, vid. B. MORHOFFII *diss. de Divinitate Principum. Rostoch 1664.* Gentiles inter alia stratagemata pia, quibus ludere solebant, habebant & hoc, quod non solum viventibus, sed etiam defunctis Principibus divinitatem tribuerent, Divos appellando illos, quorum nos superesse gloriosam memoriam scribimus. Impertiebantur morte abreptis apotheosin, & si quis consideraverit solennia combustionis, vivens aquila rogo speciosissimo superimponebatur alligatus fasciis flamma mox solvendis, adeo, ut Aquila, imago immortalitatis & ad superos translata animæ sursum se tolleret. En Gentilium mores valde prudentes. Nobis talia emblemata & fictiones non sunt necessaria, qui præsertim ex voluntate divina edocti sumus, Principes esse Dei vicarios, quos vivos venerari & mortuos recordationi sanctæ concredere oportet.

Medi-

Meditatio IV.

Psalm. XC. 10.

Vita hominis longævi est centum annorum.

Dicitur in l. 56. ff. de Usufr. finem vitæ hominis longævi esse centum annos, & in materia de legitimitate vulgatum est: Etiam si pater sit *centenarius*, tamen filius in matrimonio natus censetur legitimus. Oportebat omnino in Jure etiam rarissimorum habere rationem, sicut passim fieri solet præsertim circa nascituros forte tergeminos l. 12. C. de Legitim. Hered. nec poterat aliter experientiæ satisfieri, dum non adeo miraculum sit homo centenarius. Quod autem specialem attinget causam usufructus, oportebat dari determinationem legalem, quoties usufructus personæ morali vel universitati relictus, & quamvis ille terminus potuisset arctior esse, tamen, quo speciosam haberet rationem, satis elegans hæc est, ab analogia vitæ humanæ desumpta. Interpretes illius Mosaici effati nos gerere nolumus, putantes cum plurimis tamen Mosen versari in regula; Utut illorum opinio non adeo sit improbabilis, qui Mosen differere statuunt de Israëlitis in deserto detentis, quos mori oportebat vi edicti divini ante ingressum in terram Canaan; Sed hæc nos non feriunt.

Meditatio V.

Proverb. VI, 34.

Adulterum deprehensum occidere crimen sine pæna est.

Non datur jus occidendi deprehensum in adulterio, nam formula illa loquendi non est accurata, sed datur venia illi, qui per Zelotypiam, illum valde mixtum & irregularem affectum, cum transfixit, quem in turpi facto invenit penes uxorem, nam quæ de filia in Tit. ff. ad L. Jul. de Adult. habentur, ea plane a foro Germanico abesse volumus. Salomon sublevat hanc causam suo effato, nixus textu Mosaico Num. V. 14. ubi legitur. *Der Eysen-Geist entzündet ihn, und der Grimm des Mannes eysert und schonet nicht.* Recte satis habent

bent nostræ leges, vehementiæ affectus hunc excessum patranti, gratiosam veniam dantes, insimul tamen omnem moderationem & varios gradus requirentes, si ab omni arbitraria pœna velit esse securus, *dist. iii.* Quamvis talem maritum pœna maneat perpetua *l. 10. §. 1. ff. solut. matrim.* quod ob jurisdictionem in propria causa amittat lucra, alias parti innocenti in adulterio propria. Dicunt Moralistæ de occidere banniti, quod bannitus quidem justa patiatur, occisor autem non justa agat. Videtur hoc utique huc quadrare, quod videlicet non justa agat maritus Zelotypus, utut adultera jure permittente occidatur. In genere autem hæc juris permissio multa habet Romana, reliquiasque antiquissimi juris vitæ & necis in uxores. Miramur interea legum claudicantem conditionem, quia illæ imponunt marito didjudicationem in continenti, an adulter sit vilis conditionis *l. 24. ff. h. e.* & quia volunt filiam una cum adultero *l. 23.* non autem uxorem, *l. 24.* occidi. Aut enim justo dolori hæc erunt tribuenda, aut non, si illud verum, uti par est, non requirenda erit tanta distinctio. Pluribus videndus erit *B. SVENDENDORFF. spec. diff. Lips. recus. 1701.* Habemus quidem, qui Salomonem intelligunt de marito in judicio ordinario causam exposituro; sed non deficient, qui ex contextu ducente quæ in continenti sunt jure permittente.

Meditatio VI.

Proverb. VI, 35.

Transactio cum adultero est illicita.

Juvat hanc meditationem præcedens, nam omne pondus est in justo dolore, cujus tantus est impetus, ut haud possit dignosci, quid agatur. Qui transigit cum adultero, nobis non adeo occæcatus videri potest. Et recte satis *l. 18. C. de Transact.* speciem lenocinii ponit in talem transactionem. Veniam petenti dare magis adhuc patitur talis rei circumstantia, vid: *avrb. sed hodie C. ad L. Jul. de Adult.* Salomon sapienter judicat, und siehet keine Person an und nimmts nicht an, ob die

da viel schenden woltest. Maritus igitur transigens adhuc incurret lenonis notam & non habebit jura Zelotypiæ.

Meditatio VII.

Proverb. XII, 10.

Non dantur officia erga bruta.

Sunt aliqui Juris Naturalis Doctores, inter quos est *Imms. PROELEUS* in den Grund-Gründen des Rechts der Natur, qui præter vulgatam illam triplicem classem officiorum ponunt quartam de officiis erga bruta, sed nos putamus, valde inproprietam esse locutionem illam; Dantur omnino quædam observanda circa dominium in creaturas, quæ tamen officia erga bruta dixisse, non patitur earum conditio, alias enim darentur etiam officia erga vinum & cerevisiam, item erga poma & pyra. Omnia igitur peccata, quæ committuntur circa usum brutorum sunt læsiones officiorum erga Deum proximum & nosmet ipsos, nam Deo advertebatur abusus, nocet & ille communi & nostro bono. *Conf. S. 2. I. de his qui sibi vel al.* Salomon scribit: Der Gerechte erbarmet sich auch seines Viehes, sed verbum *erbarmen* accipit omnino in sensu translato. Asina Bileami non faciet contra nos, plane enim singularis fuit illa exprobratio asinina, & non fuit inde argumentum. Salva interea manet obligatio hominis, ne bestiis male utatur; *Conf. Exod. XXIII. 5. cum parall.* Quali temperamento usi sint ante nos alii circa hoc caput, passim patet, & habebit pondera qui leget *Exc. LEYSERI Med. ad Pand. Spec. 3. med. 5.* Patet etiam iudicio lectoris *dissert. Ch. APINI Altorff.* Ob es erlaubt sey den Hunden Schwänze und Ohren abzuschneiden.

Meditatio VIII.

Proverb. XVI, 33. XIX, 18.

Sortis Judicium in praxi ultimum est refugium.

Collegerunt alii larga messe exempla & casus in jure obvenientes, quando sorti decisio est tribuenda, & patent Aca-

A 3.

demice

demicæ dissertationes ultra decades. Nos qui scripturæ di-
ctis edocti, fortis iudicium non esse sine numine, eo tutius
ad illud partes & causas remittimus, & quamvis fallax om-
nino esse possit fortitio, tamen dicitur iudex impartialis,
Conf. Excell. Dn. Assess. SIBRANDI, Diss. De jure parium ta-
bularum atque votorum, It. de sorte & calculo Minerva, Rostock.
1721. Sortilegium autem, quod species est Magiæ, plane
erit damnandum, & quid de sortibus biblicis sentiant Theo-
logi, aliunde erit petendum, vid. Seb. SCHMIDII, spec.
Disp. Nos non putamus sacram scripturam adhibendam
esse ad talem fortuitam dubiorum explorationem, prouti &
displicuit nobis semper modus eligendi textus, themata &
exordia per vagam sortis electionem, id quod dâumeln ap-
pellitant, credimus enim violenta talia esse, quæ bonum
oratore sacrum non decent, quæquæ per aliam scrutatio-
nem scripturæ possunt evitari. Suo modo interea recte judi-
cant, qui sortem dicunt Dei vicarium, Conf. Gros. de J. B.
& P. L. II. c. 23.

Meditatio IX.

Proverb. XXIX, 24.

*Res furtivæ detentorem & possessorem faciunt ad in-
quisitionem suspectum.*

Qui per nominationem certi auctoris, non vagi, se non
statim liberat a suspicione id habebit oneris atque odii,
quod purgare se debeat, & quidem, nisi singulariter bonæ
fidei & famæ fuerit, etiam juramento purgatorio salva tor-
tura, quoad leviores & aliunde suspectos. Putamus autem
hodie postquam cessat actio furti ad duplum vel quadru-
plum leges 2. & 5. C. de Furtis non promiscue adhibendas
esse, cessat etenim interesse Domini, & quod attinet pœ-
nam publicam, iudex cautus hodie omnino sit, ne harum le-
gum usum putet esse Romanis temporibus similem.

Medi-

Meditatio X.

Proverb. XXXI 6.

Dare ultimo supplicio afficiendis vinum & refocillamenta humanitatis est officium.

Subscribimus equidem illis Exegetis, qui non intelligi putant hoc loco damnatos ad mortem sed in genere quosvis miseros, ægrotantes & alios, quibus solatio opus est. Toleramus tamen etiam consuetudinem porrigendi confortantia, præsertim eapropter, ne deliquium animi sentiant puniendi, & vel cura animarum impediatur, vel etiam ipse actus executionis suo destituatur apparatus in usum spectatorum — B. PIPPINGIUS Lips. 1688. edidit *diff. de potu puniendis ante mortis supplicium, & patienti Christo ante crucifixionem porrecto*, in qua consuetudinem hanc ceu apud varias gentes receptam, allegat, quarum nonnullæ voluerunt usum rationis moribundis auferre; Martyribus datum fuisse potum memorat ex Baronio; Lubecenses dare tribus vicibus potum in via ad supplicium asserit, laudatque morem, quod aliquot ante fatalem horam diebus dari soleat maleficis cibus delicatior; Addamus modo excerptum ex *Causanbono* scribentem de Atheniensibus: *Qui damnati capitis fuerant, cum e loco iudicii exibant ducendi ad supplicium, cibum vinumque largius sumendi facultatem habebant.* Sit modus in rebus. Contextus velle tantum videtur beneficentiam, & ut divites ea, quæ per luxuriam perdunt, dare velint pauperibus atque miseris, quæ ita sibi ab ebrietate caverent & miserabilibus auxilio essent.

Meditatio XI.

Cohel. V, 4.

Non votere non est peccatum, sed votum non servare.

Monstravimus supra ad Pentatevch. concordantiam Juris divini & Canonici, & exposuimus rationes eo redeuntes, quod Deus nolit bona opera per implorationem officii Iudicis vel aliud remedium Juris extorqueri, utut promissio solenni-

leniter facta sit. Dicunt Moralista, non omnia legibus esse subjienda, quo habeatur materia virtutem suam exhibendi, ea enim præstare, quæ via juris exigi possunt, non sapit virtutem, sed testatur formidinem pœnæ. Salomon speciatim increpat illud hominum pecus, quod largiter promittit, Deum quasi ut corrumpat, cum tamen ille sibi illud non patiat. 13.

Meditatio XII.

Jes. XLVII, 13.

Astrologia judiciaria est de genere criminum.

Tot. tit. C. de Malef. & Mathematicis damnat artes illas, quæ carent tutis & bonis principiis, & nominatim Astrologia proscribitur in verbis l. 14. §. 13. ff. de injur. Si quis Astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur &c. Hinc nostra praxis adhuc punit die Seegen-Sprecher, Sieblauffer, Wahrsager &c. maxime, quia ex jure divino sumus obligati, ne toleremus die Wahrsager und Zeichendeuter, Pœnam autem imponimus arbitrariam pro modo admissi. Patent in nostra Megapoli tot illustria edicta wider den Aberglauben, abergläubische Diebstehlen & hujus furfuris alia, imo experimur per Dei gratiam, quod rigor adversus tale impium genus hominum purgaverit provincias. def Est autem Astrologorum judiciariorum quoddam genus, quod suarum præstigiarum defensionem ex ipso sacro Codice petere haud erubescit, cum tamen nullum ditorum depravatorum ipsis præsidio sit, adeo ut ne quidem physiognomicæ observationes inde possint excusari, quoties nimirum juxta universalia principia & artis cujusdam regulas solent tractari. Turpe insinual proverbium relegatum volumus: Hüte dich vor dem, den Gott gezeichnet hat. Artem autem, quam dicunt die Kunst der Menschen Gemüther zu erkennen, si qua ars est, suis terminis inclusam, cum illa doctrina de Temperamentis junctam, amet qui velit, nos illi robur denegamus ob tot exceptiones, quas patiuntur regulæ. Maneamus igitur in salutari dispositione ordina-

dinationum politicarum Tit. von Zeugeunern it. von Weimens
Sprechern it. *Conf. C. C. C. art. XXI. & XLIV. & DD. ad illos.*
Legatur omnino B. Strykii *diff. de Physiognomia*, qui variis ra-
tionibus pro observationibus physiognomicis in praxi con-
tendit, & nobis in generalibus non est contrarius.

Meditatio XIII.

Jes. XLIX, LX, 16.

Principes sunt ecclesiae Nutritii & Advocati.

Jus circa sacra dudum Principibus assignavimus atque
tribuimus; Spectat autem illuc non solum providentia con-
servationis Ministrorum ecclesiae & sacrarum rerum, sed &
cura, ne quid ecclesia per externam vim patiatur detri-
menti. Appellamus hanc curam speciatim Advocatiam ec-
clesiae, & quamvis veram religionem ferro & flamma pro-
pagare non deceat, licebit tamen eandem ferro defendere
& conservare. *Conf. Art. I. Capitul. Carol. in quo Imperator*
promittit die Christliche Kirche als derselben Advocat in gutem
treulichem Schutz zu erhalten. Quo sensu alias habiti sint Ad-
vocati ecclesiarum, quoque modo illi sint constituendi, vid.
apud BôHM. Jur. Eccl. Libr. III. Tit. V. & Jur. Paroch. Sect VI.
cap. I. Conf. J. Cui Jen. SLEVOGTII diff. de Advocatia imperii ec-
clesiastica.

Meditatio XIV.

Jerem. XV, 4.

Judeos esse gentem dissipatam atque ubivis pressam, testi-
monium est veritatum divinarum.

Sensit omnino populus ille duræ cervicis rigorem divi-
narum minarum in Deuteronomio expressarum, & putamus
veritatem sacrae scripturae valde probari ex tristi Judæorum
conditione moderna. Vagantur per orbem, nullibique ha-
bent jura satis firma, sed tolerantur & premuntur in jure ci-
vilitatis, & in toto orbe non datur pagus, quem Judæi cum
exercitio Jurisdictionis inhabitarent. En igitur veritatem

B

pro-

prophetiæ Jacobi de sceptro sublato, postquam Messias in carne manifestatus est.

Meditatio XV.

Jerem. XXII, 19.

Cadavera hominum pœna atque ignominia afficere licet, imo sepultura asinina locum invenit.

Non dubitamus, illam pœnam quam dicimus sepulturam caninam atque asinam accepisse denominationem ab hoc edicto divino adversus Jojakimum, *Er soll wie ein Esel begraben werden.* Statuimus id genus supplicii in proprietas voluntarios, quos etiam e fenestris projiciunt carnifices, vel subter limen extrahunt ad majorem facti detestationem, item in alios, quos dignos Magistratus judicat. *Leg. Exc. KRESSIUS ad C. C. C. art. 135.* Et quamvis dentur, quibus hic procedendi modus displicet, quibus se jungunt supra refutati, nolentes ut cadavera punitorum maneant insepulta, tamen Reipubl. interest per externa spectacula incutere terrorem. Habet circa hoc caput Scriptores omnes, qui habet ill. *KLEINII diff. de Executione in cadavera delinquentium hab. 1699.*

Meditatio XVI.

Jerem. XXXII, 9. sqq.

Solennia circa contractus adhibere, est Juri Gentium.

Contractus equidem plurimi, quia sunt ex Jure Gentium & effectus dominiorum & plenæ dispositionis, nullis sunt adstricti solennitatibus, pacta enim dant legem contractui, & sani hominis voluntas nudo consensu exposita, lex est; Quod autem ad meliorem probationem adhibeantur scriptura, sigillum, testes &c. multam habet utilitatem ad evitandam perfidiam & exceptionem rei non sic sed aliter gestæ. Romani hinc stipulationum solennitatem amplexerunt, putantes, sic obstrui fraudibus & tergiverfationibus recessus; Id quod Bodinus & alii in Vindiciis pactorum Romanorum satis defenderunt, nec putamus majores nostros Germanos
pla-

plane alienos fuisse a tali pactorum nudorum involucre, ob servam enim reliquias præsertim inter plebem, quod vide licet facilis sit ad fidem fragendam, quando pactis non accessit arrha, vel compotatio, vel stipulata manus &c. *Conf. Exc. LEYS, Med. ad ff. Vol. 1. suc. 5. med. 4.* Eleganter testatur Jeremias de more Judæis recepto: Ich wug das Geld dar und schrieb einen Brieff und versiegelte ihn, und nahm Zeugen dazu, und nahm zu mir den versiegelten Kauff-Brieff nach dem Recht und Gewohnheit und eine offene Abschrift.

Meditatio XVII.

Ezech. XVIII, 20.

Delicta teneant suos auctores.

Sic est in toto nostro Jure: Actiones pœnales adversus heredes non possunt institui, quarum tamen e numero excipimus Actionem L. Aquiliæ quatenus agitur ad simplicem damni reparationem; Pari jure veniunt Actiones injuriarum, & tribus Illustris nobis est *auth. Ne filius pro Patre.* Hinc *calamitas matris non debet nocere illi qui in utero est*, & valde sumus solliciti, ne gravida vel capitis supplicio afficiatur, vel torturæ subjiciatur, vel relegetur; Unica tantum datur exceptio quoad spurios & incestuosos illisque similes, utut enim lubenter manere vellemus in regula exhibita, tamen ob multam Reip. utilitatem, & ne magis adhuc pateat malo accessus, oportet distinguere inter legitimos & illegitimos etiam quoad existimationem. Remittimus nos ad superiorem rubricam; *Spurius non est sine macula.*

Meditatio XVIII.

Ezech. XXVI, 7. XXXI, 3. sq. Dan. II, 37.

Vox Monarchiæ logomachiam peperit, & turbavit historiam.

Acceperunt nostri majores ut plurimum vocem Monarchiæ pro tali, quæ indigaret ein allgemein Welt-beherrschendes Reich, & sinxerunt sibi quatuor successive talia regna, id

quod sapit pedantismum & ignorantiam; Nam nunquam ex-
titit tale imperium, quod vel decimam partem orbis habita-
bilis plane pleneque rexisset; Alii autem & nostro seculo
proximiores, vocem Monarchiæ sumserunt pro tali imperio,
quod suo tempore solum fuit illustrissimum, cujusque florem
in literis & armis omnes alii populi sunt venerati, imo quod
omnes, ad quos etiam fama tantum delata, *comiter coluerunt*;
Et hi recte judicant. Hinc titulus operis Sleidaniani melior
est: *De quatuor summis imperiis*, & hodie scribimus: Von den
vier grossen Reichen, *vid. Exc. Dn. STRUVII Universal-Historie*.
Quod igitur hodie non dentur talia summa imperia, nemo
est, qui non concederet. Nec putamus dari quenquam, qui
Historici nomen meretur, qui ex primo lapsu, quod Impe-
rium Germanicum sit continuatio Imperii Romani, in alium
rueret, ut Monarchiam adhuc continuatam sibi fingeret,
utut nostram non titubare putemus meditationem mox secu-
turam ad Danielelem. Nebucadnezar vocatur in loco nostræ
rubricæ ein König aller Könige, sed glossa recte commentatur:
Der Mächtigeste auff der Welt, alias enim sequeretur inde ab-
surdum. Juvat etiam hanc causam Textus Cap. XXXI. ubi
Assur describitur sub emblemate arboris, de qua post alia
scribitur: Darum ist er höher worden denn alle Bäume im Fel-
de, und kriegte viel Aeste und lange Zweige, denn er hatte Was-
fers genug sich auszubreiten; Alle Vögel des Himmels nisteten
auff seinen Aesten v. 8. Und war ihm kein Ceder-Baum gleich in
Gottes Garten und die Tannen-Bäume waren seinen Aesten
nicht zugeleichen &c. videat ipse B. L. ulteriora & judicet, an il-
lustrior conceptus Monarchiæ dari possit, quæ scilicet non
habet sibi simile regnum, utut dentur alia, quæ inferioribus
cedris & abietibus in textu comparantur. Sed hæc nobis me-
ditamur, veniam nobis pollicentes, si lapsi fuerimus, quod
tamen non putamus.

Medita-

Meditatio XIX.

Ezech. XXVII, 13.

Mangonium, der Slaven-Handel / excedit humanitatem & jura Dominorum in servos.

Describitur Tyri gloria & inter alia legitur: Javan, Ehubal und Mesech haben mit dir gehandelt, und haben dir leib-eigene Leute auff deine Märkte gebracht. Sunt etiam vestigia talis emtionis venditionis in Genesi quoad Josephum, & in Legibus forensibus Judæorum passim. Romani idem egerunt, & hodie adhuc negotiationes habentur mit den Schwarzen. Verum consideremus hujus causæ modos atque gradus: Quod distincta dominiorum ratio patiatur in Jure Gentium servitutem, nemo est, qui posset diffiteri; Quod consequenter servi sint in commercio, non poterit negari, sed modus contrahendi erit distinguendus; Hominum naturalis æqualitas non permittit, ut instar pecoris homines proprii publico in foro prostent, & hoc tantum est nostri observati pondus, vellemus ut omnia fierent cum humanitate, prouti inter Christianos procedimus, nam ipsa sibi relicta Philosophia hoc agnoscere valet, quod tantum non possit esse hominis in hominem imperium, ut omnem humanam conditionem tollere queat & in ordinem pecudis eundem redigere. Quatenus cum gleba imo & particulariter sint nostri homines proprii in commercio, latius edisserit B. MEVIUS Tr. vom Zustand der Bauren. Nos putamus, quod particulariter non sint in commercio, extra casum quo libertatem pretio dato sibi acquirunt, vel permutantur.

Meditatio XX.

Ezech. XLIV, 22.

Providentia super ministrorum ecclesiæ viduas vel filias, suo gaudet pretio.

multa sunt argumenta, quæ Principibus suadent hanc providentiam, ipsæ enim leges ubique viduis & familiæ re-

linquunt particulas Juris atque privilegiorum mariti atque patris. Merita defuncti erga ecclesiam addunt pondus, acceditque, quod communiter ministris ecclesiae tam compendiarium dentur redditus, ut suis, postquam consumti sunt laboribus, curtam relinquunt supellectilem. Tribus, quae jure recepta sunt quoad annum gratiae, viduarum agellos, habitationes &c. Gnaden-Jahr, Wittwen-Wecker, Wittwen-Häuser, ea neglexisse nefas esset, etiam ob hoc argumentum, quia Pastores non potuerunt exercere alia negotia, mercaturam &c. quorum exercitia continuare forte posset vidua. Est autem species providentiae exhiberi solita in eo, quod successor comiter obligetur ad ducendum antecessoris viduam aut filiam, si tales dantur. Fiat hoc, modo inde prono alveo profluentes abusus arceantur. Scimus, quod cum satyra hoc caput ab aliis sit expositum, sed merentur ne quidem ut allegentur, versantur enim in exceptione non in regula, legatur B. Slevogtii spec. Tract. Nihil autem illustrius exhaurire potest hanc causam, quam *Meclemburgensis ordinatio ecclesiastica* verbis p. 278. seq. obviis sequentibus: Wir können auch geschehen lassen, so junge Wittwen nachbleiben, oder der verstorbene Pastor eine gewachsene und wohlherzogene Tochter hinter sich verlassend, und ein junger Mann vorhanden, der zu dem Pfarr-Dienst genugsam qualificiret, und sich mit der Wittwen oder Tochter zu befreuen geneigt, daß der für andere dazu befördert werde; da gleichwohl mehr der ganzen Gemeine, als einer oder weniger Personen Heyl und bestes muß in acht genommen und keine gezwungene Ehe gestiftet werden, sonst müssen die Wittwen mit den Ihren am Gnaden Jahre sich genügen lassen. Cape tibi hoc. Qui sine distinctione docere solent affectibus dediti, vocant in subsidium dictum Ezechielis sic fluens: Und sollen (die Priester) zur Ehe nehmen Jungfrauen oder eines Priesters nachgelassene Wittwe; Qui non inspicit contextum & in eo factam oppositionem viduarum sacerdotalium & aliarum, quae non distinguit inter Leviticos sacerdotes & nostros, ille

le valde hallucinatur, & consequenter omnes alias leges Levitico ordini datas trahit super nostros sacerdotes, id quod satis onerosum huic ordini esset futurum. Maneamus igitur in terminis enunciativis & persuasoriis, Ecclesie enim interest leges dispositivas simpliciter tales nunquam dari.

Meditatio XXI.

Dan. II, 29. sqq.

Fuerunt successive quatuor Regna insigniora, que alias Monarchias appellare solent.

Somnii imaginem Nebucadnezari obviam & a Daniele explicatam, quatuor Monarchias significasse, communis est fabula; Et quis communis sit error circa hoc caput supra ad Ezechielem notavimus. Stat sententia, in sensu absoluto nulla unquam data est vel dabitur Monarchia, sed in sensu sobrio, quatenus denotat Monarchia imperium quod suo tempore omnium illustrissimum, omnibusque aliis regnis flore & victoria superius, quod omnes comiter coluerunt recte dicitur, quod quatuor successive illustriora fuerint, donec mixtura circa quartum sese exseruit, ex ære nempe & argilla, in qua tamen ferri planta sive reliquiae manent superstites. Id quod Imperii Romano - Germanici prærogativam præ omnibus aliis, utut illustrissimis etiam indigitare, non sine applausu statuit *Exc. Dn. STRUV. Univ. Hist. p. 20. sq.*

Meditatio XXII.

Dan. VII.

Somnium Danielis de quatuor animalibus ipso textu teste significat quatuor Regna illustrissima.

Haftenus ipsa interpretatio est in textu, adeo ut nomina regnorum ex eventu adiecisse nostrum sit; Sed quid significant decem illa cornua, non conveniunt; Dn. de Tentadt *In der Abbildung des vierdten Thier-Reichs 1709. 4.* per illa intelligit primarios Ducatus Germanicos; *Dn. STRUV. l. cit. p. 23.* jam florentia regna Europæ indigitari putat. Ite-

rum

rum autem hæſitant circa verba v. 24. nach demſelben wird ein ander auffkommen, der wird mächtiger ſeyn als der vorigen Peiner, und wird drey Könige demüthigen. Aliis Saracenos, aliis alios intelligentibus. Nos putamus hæc omnia eſſe ad arcana divina referenda, quæ ſcrutari in temporalibus futuris non adeo licet, quia noſtrum eſt præſentia curare & Domino futura committere.

Meditatio XXIII.

Joel. III, 7. 17.

Provocatio ad Vallem Joſaphat non poteſt executionem ſiſtere.

Non adeo rara ſunt exempla delinquentium, qui circa executionem imminentem citarunt Judicem in vallem Joſaphat, & nolumus nos in dubium vocare historias de defunctis ſtatuto die Judicibus; Nec negare animus eſt, dari documenta divinæ juſtitie, quando ſcilicet Proceſſus criminalis per male applicatam torturam, & alios lapſus ſiniſtre fuit tractatus; Sed quia præſumptio eſt pro Judice, præſertim in Criminalibus, non eſt ut attendamus ad tales vociferationes illorum qui ad eludendam communiter juſtitiam extrema quævis tentant. Nec opus eſt, ut hic idem ſtuamus, quod Judici non ſupremo ſvademus circa caſum de rupto laqueo, quod ſcilicet ſiſtenda ſit executio & cauſa de novo cognoscenda vel ſuperiori exponenda; ſed hic idem eſt pronunciandum, quod dicimus de impœnitentibus, quos non obſtante pertinacia divinæ juſtitie relinquimus. Scripta quæ ſuper hoc caput ad nos hæc teneſus pervenerunt ſunt B. GERHARDI, *Theol. Jen.* & B. HANNEMANNI, *Med. Kilonienſis diſſertationes*, plenæ historiæ, ſine tamen obſervationibus Ictum adjuvantibus; In eo præterea omnes conveniunt, quod origo hujus formulæ provocandi ſit ex dictis prophetæ Joelis, & quod ſignificetur extremum judicium a Deo aliquando adornandum.

Medi-

Meditatio XXV.

Qui Corpus Juris appellant der Juristen Siebel / præter opinionem interdum recte judicant.

Publicatum fuit Anno 1728. Programma speciale Præsidis de hac loquendi formula, cujus tenor huc brevibus reddit, quod multum sit tertium comparationis inter Sacram Scripturam & Corpus Juris; Legat illud qui vult, & habebit judicia B. Lutheri & aliorum, daß nechst der Siebel kein besser Buch in der Welt sey, als das Corpus Juris Romani: Habebit alia sanctitatem Pandectarum nostrarum & earundem perpetuam lesionem insinuantia. Magna autem nobis visa fuit comparatio in eo, quod etiam habeamus Apocrypha, Codicem v. g. Theodosianum, Novellas Leonis &c. Sed redeunt hæc ad lusum, quem hoc loco repetere lubuit, quo nimirum stamus in confinio Librorum V. T. & Apocryphorum. Et dubitavimus non sine pondere, An sub nomine Meditationum ad Pandectas sacras ea etiam ponere liceret, quæ ad Apocrypha forte meditanda venient. Elegimus igitur viam paulo aliam, & sequentes theses excerpere instar Corollariorum a nimum induximus, absoluturi sic Partem nostri laboris primam, quam cupidis Lectoribus, quibus dissertationum centuriæ distributæ sufficere haud visæ sunt, ex bibliopolio depre-mendam, jamjam offerimus.

Corollaria.

1. Historia Judith cum nullo prophano scriptore concordat, & suspecta est propter temporum confusionem.
2. Opinionem Monarchiæ Universalis habuerunt olim Conquestores illi famosissimi; Holofernes superba dicit Cap. V. 2. was ist das für ein Volk * * * daß sie allein uns verachten, und sind uns nicht entgegen gegangen, daß sie uns mit Frieden annehmen. Et Cap. VI. v. 2. So wirst du inne werden, daß kein ander Gott ist als Nebucadnezar vid. Cap. III, II. - - - Daß er sey ein Herr der ganzen Welt.

C

3. In

3. In urbibus obsidione cinctis multa licent, quæ alias non sunt permiffa; Annotatur annona, & quæ alias meræ facultatis sunt, tunc subjacent arbitrio Præfeftorum: Qui privilegiati alias sunt, definunt effe tales: Monetæ minoris æftimationis eminentem accipiunt valorem: Animalia & alia, quæ alias ad palatum non funt, fiunt gulæ delicia: Homines depontani, præfertim aniculæ & infantes exire jubentur &c. Vid. Judith VII, 12, ubi de aqua ad menfuram diftributa fcribitur.
4. Nunquam Philofophus elegantiori comparatione ufus eft ad depingendos Judices & Jctos nequam, quam Siracides. Cap. XX, 4. Scribens: *Wer Gewalt übet im Gericht, der ift eben als ein Hofemeifter, der eine Jungfrau fchändet, die er bewahren foll.*
5. Vitam anteaftam confiderare & difficulter ignofcere iterum peccantibus, imo tertia vice e. g. in furto fimpliciter pœnam capitalem diftare, iniquum haud eft; Bene Sirach Cap. XXIII, 21. *Das andre mahl fündigen ift viel, das dritte mahl bringet die Straffe mit fich.*
6. Non major caftitas requiritur ab uxore quam a marito, & rat o politica de aliena prole non adeo diftinguit adultèria, ut non paria haberet uxor jura circa divortium; Conf. Cap. XXIII, 32. 19.
7. Luxuriam divortiorum veterum & jura mariti præeminentia inter veteres denotat Sirach Cap. XXV, 34. Scribens: *Wil fie dir nicht zur Hand gehen, fo fcheide dich von ihr.* Conf. Cap. XXIX, 18. 19.
8. Loquitur Sirach Cap. XXXIII, 24. de difpofitione intra familiam, non vero de teftamenti fatione promifcua.
9. Præfumptio cadit in vagabundos, quando in aliquo loco delictum commiffum. & eft vita fine negotiis honeftis indicium cæteris paribus; Cap. XXXVI, 28. *Man trauet nicht einem Mann, der kein Neft hat und einkehren muß wo er fich verfpähret.*
10. Multum in Germania excedimus circa luxus funebres, & omni.

- omnino Principis est illos apparatus restringere per ordinationes Politicas, Conf. Cap. XXXVIII, 16. sq.
11. Ministros Ecclesiæ per agriculturam valde interdum distrahi, constat, unde præstaret, aliunde dari ipsis fixa atque lauta salaria. Leg. Cap. XXXVIII, 25. sqq.
12. Jcti sunt Sacerdotes Justitiæ, absurda tamen est dicendi formula, quod sint Galgen - Priester; forte autem illa nata est ex Imperatoris Caroli V. more, qui videns patibulum in transitu dicere solebat: Salve Justitia. Conf. Cap. XXXVIII, 38.
13. Usus Postillarum non est improbandus, modo non sint asyla ignorantia; Defendi illarum usus potest ex verbis Cap. XXXIX, 14. Was er gelehret hat wird man weiter predigen. Vid. Theol. Regiom. famigeratissimi WEGNERI *diff. specialis*.
14. Tyrannis omnium maxima est, ad religionem aliquem cogere; Vid. 1. Maccab. I. & II. it. 2. Maccab. VI. & VII.
15. Fœderis bellici natura est, nec directe neque indirecte confœderatis nocere, vel hostibus prodesse. I. Maccab. VIII, 22. sqq.
16. Fuerunt inter Philosophos, impie statuentes, propricidium non esse peccatum, maxime autem Gentiles putarunt avthocheiriam heroicam esse præclarum facinus; Utrumque asserere satis turpe est; Sed cave, ne illorsum referas fortitudinem extremam, conf. B. SCHOEPFFERI *diff. de officio* Præfecti castelli ad extrema obligati, der sich wehren soll bis auff den letzten Mann. Alia adhuc ratio est habenda illius casus, quando jussi sunt classis præfecti, daß sie lieber das Schiff in die Luft sprengen, als sich ergeben sollen. Solent Theologi ex hoc etiam passu Librum secundum de Maccabeis pro non - canonico declarare, quia factum Rhazis propricidæ, herois ut laudatur & approbatur Cap. XIV, 37. sqq. Et quidem satis recte hoc ab illis observatum esse putamus.

17. Passim in Historia obveniunt stratagemata Belli ducum, quibus animum addiderunt militibus, præsertim gregariis; Elegans est exemplum 2. Maccab. XV, 7. sqq. ubi Maccabeus post varia adhibita argumenta visionem narrat. Bene agumentatur generosus ille belli Dux 1) a Dei potentia; 2) ab exemplis victoriarum; 3) a spe futuræ pacis; 4) ab hostium religione Deo inimica; 5) a fide fracta. Et denique visionem enarrat. Legentibus hæc aliæ historiæ parallelæ occurrent; Allegabimus tres, unam de Constantini M. in hoc vinces: Aliam ex Historia Portugallia circa devictos Mauros; Tertiam ex Historia Suecica circa expeditionem in Livoniam. Sic juvat in bonum finem decipere plebeculam superstitionibus aures animosque patetfacientem.

18. Fragmentum Estheræ, ceu vulgo vocatur, Libellus est, Autoris statum satis prodens; Maxime autem prostituitur Daniel Jctus, qui non solum Judices illos suspectos increpat, antequam illos convictos reddidit, sed denique etiam illos condemnat ex probationibus nullo jure fundatis; Et quid si ad quæstiones, sub quali arbore patratum scelus fuerit, vel ambo, vel unus respondisset, se non observasse arborem sed factum, sic tota sapientia Danielis fuisset elisa, elusa atque delusa. Conf. ea, quæ in materia de Testibus in Jure nostro huc quadrant, ratione contrarietatis cumulativæ & adminiculativæ; Sed novimus, quendam Jctum hanc Historiam speciali dissertatione ante nos examinasse.

Sufficiant hæc observata ad vetus Testamentum.

Legatur p. II. l. 17. & Tit. C.



PRÆNOBILI atque HUMANISSIMO
DOMINO HINRICHSEN,

Amico atque Auditori suo optimo,

Gratulatur

PRÆSES.



Anit Jubilæ ecclesia nostra Evangelico-Luthera-
na, canit triumphum, ob restitutam veritatem
atque libertatem. Sane egregium hoc est nego-
tium, nulla major enim tyrannis esse potest,
quam dominatio in conscientiam, & suppressio
libertatis animorum. Illustris itaque est cau-
sa in qua sumus occupati, & quia non tantum ut Theologi &
Christiani sumus hujus gaudii participes, sed nostra etiam ut Po-
liticorum res acta fuit, quia nostris Principibus alterum restitu-
tum est brachium, & in genere ad saniora principia redire nobis
datum est; Latamur merito & nostris occupationibus cathedrali-
bus seriem dierum jubilæi festivorum extendimus. Valde igitur
opportuna tua est dissertatio, *ornatissime Domine HINRICHSEN!*
quam medias inter Jubilæi solennitates publicè defendis, & quia
Sacri Codicis veritates illa; supponit, testatur omnibus, nos ho-
die vivere illud felicissimum seculum, quod a Læctione Bibliorum
sacrorum Laicos non amplius arcet. Deus, qui fons est veritatis, in
Te rivulos suæ benedictionis dirigat atque effundat, quo studiis tuis
Ita invilis, ut spes, quam de te conceperunt Amici & Fautores,
quos inter tecum habeo communem, *Reipublica hujus Consulem,*
Venerabilem MÜLLERUM, quem Deus diu sospitem atque sal-
vum esse jubeat, suo floreat eventu. Ito, & cathedram orna,
atque aliquando conscende eandem ob actum tuum inauguralem
tapetibus condecoratam. Habebis me ubique votis meis tui com-
item. Vale. Dab. Rostochii die XI, Jul, MDCCXXX.

SEr sein Gehirne denkt zum Tempel einzutreten,
Worinn Minerva selbst auff ihrem Throne sitzt,
Dem muß ein heisser Trieb Vergnügungs-Körner streuen,
Daß er die Bücher liebt bis ihm die Stirne schwigt:

Und

Und dich geliebter Freund! läßt uns dein Wesen spüren,
Drumb will ich zu dem Schluß von Herzen gratuliren.

M. B. HERING,
J. U. C.

Du zeugest Werther Freund! was wahrer Fleiß vermag,
Und legest öffentlich mit Nachdruck an den Tag,
Was du gelernt hast, worauff Du dich beflissen.
So recht so muß es seyn was hilft uns alles Wissen,
Wenn man mit seiner Kunst stets hintern Berge hält,
Und sich nicht hören läßt für der gelahrten Welt.
Fahre fernerhin so fort, du wirst den Nutzen spüren
Minerva wird dich bald zum Ehrenzempel führen.
Ich seh es schon vorher, und trifft mein Wunsch ein,
So wirst und mußt du auch mit ersten Doctor seyn.


Hiermit wolte dem Herrn Respondenten als seines
höchst werthgeschätztem Freunde, so auffrich-
tigst als schuldighst gratuliren desselben erge-
benster Diener


CHRIST. ANT. MANTZEL,
Oppon.

Siebster Bruder da du wilt heute zur Catheder gehen,
Wilsch ich, daß nach deinem Fleiß, du auch magst gelehrt bes-
stehen.


Dieses sekte dem Herrn Respondenten als seinen
geliebten Bruder bey seiner Disputation

CARL HINRICHSSEN,
Oppon.









the scale towards document

RÆNOBILI atque HUMANISSIMO
MINO HINRICHSEN,

Amico atque Auditori suo optimo,

Gratulatur
PRÆSES.

Anit Jubila ecclesia nostra Evangelico - Luthera-
na, canit triumphum, ob restitutam veritatem
atque libertatem. Sane egregium hoc est nego-
tium, nulla major enim tyrannis esse potest,
quam dominatio in conscientiam, & suppressio
libertatis animorum. Illustris itaque est cau-
sæ occupati, & quia non tantum ut Theologi &
s hujus gaudii participes, sed nostra etiam ut Po-
ta fuit, quia nostris Principibus alterum restitu-
n, & in genere ad saniora principia redire nobis
amur merito & nostris occupationibus cathedrali-
um jubilæi festivorum extendimus. Valde igitur
est dissertatio, ornatissime Domine HINRICHSEN!
ter Jubilæi solennitates publicè defendis, & quia
eritates illa supponit, testatur omnibus, nos ho-
felicissimum seculum, quod a Lctione Bibliorum
s non amplius arcet. Deus, qui fons est veritatis, in
benedictionis dirigat atque effundat, quo studiis tuis
es, quam de te conceperunt Amici & Fautores,
um habeo communem, *Reipublica hujus Consulem*,
LLERUM, quem Deus diu sospitem atque sal-
suo floreat eventus. Ito, & cathedram orna-
conscende eandem ob actum tuum inauguralem
decoratam. Habebis me ubique votis meis tui co-
Dab. Rostochii die XI. Jul. MDCCXXX.

ebirne denkt zum Tempel einzuweyhen,
n Minerva selbst auff ihrem Throne sitzt,
sfer Trieb Vergnugungs, Köner streuen,
Bücher liebt bis ihm die Stirne schwißt:

Und